

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gregorii M. in Ezechielem homiliae - Cod. Aug. perg. 71

Gregor <I., Papst>

[S.l.], [9. Jahrh.]

Homelia VIII

[urn:nbn:de:bsz:31-63650](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-63650)

Quid est ergo quod uir sc̄s
 tot suas uirtutes inter fla-
 gella cum fletu enumerat.
 Quid est quod ore suo ope-
 ra quae fecerat. laudat. ni-
 si quia inter uulnera & uer-
 ba. quae hunc ad desperatio-
 nem trahere poterant. ad
 spem. animum reformat.
 Et qui in prosperitate humilis
 fuit. reuocatis bonis suis
 ad memoriam. in fractus in
 aduersitate permanit.
 Cuius enim animum in tot
 flagellis illa uerba ad di-
 sperationem non impelle-
 rent. nisi sibi ad memoria
 bona quae egerat reuocaf-
 set. Uidit igitur sc̄s uir.
 mentem suam auditis tot
 malis ad desperationem con-
 cuit. & mirabiliter studu-
 it uispe certa. ex bonis suis
 actibus solidari. Sic impletur
 quod scriptum est. In die bo-
 norum. ne in memor sis malo-
 rum. Et in die malorum. ne
 in memor sis bonorum.

Si enim cum bona habemus.
 malorum reminiscimur.
 quae autiam passi sumus.
 aut adhuc pati possumus.
 accepta bona non eleuant.
 quia eorum gaudium ti-
 mor memoriae malorum
 premit. Et sic cum mala ha-
 bemus. bonorum remini-
 scimur. quae autiam acce-
 pimur. aut adhuc nos posse
 accipere speramus. malorum
 pondus. eius animum in
 desperatione non premit.
 quia hunc ad spem. memo-
 ria bonorum leuat. Si
 fr̄s km̄. & p̄ precepta do-
 minica. & sc̄orum exempla
 gradimur. ut nos nec pro-
 speritas eleuet. nec aduer-
 sitas frangat. habere nos
 ante omnipotentis d̄i o-
 culos. palmas hinc & inde mon-
 stramus.

INCIPIT OMI

LIA OCTAVA

Prophete uerba
 que largiente d̄no
 hodie caritati ueſt̄e

loquenda sunt. lectione magis
indigent. quam expositione.
Ea enim in tribus portis interio-
ribus replicantur. quae secundo-
tam uel tertio. de exterioribus
dicta sunt. pauca uero in ea
descriptione permittantur.
Unde necesse est. ea quae
nos iam dicta sunt legendo
transcurrere. ut quae nec-
dum dicta sunt licentius pos-
simus enodare. Itaque nunc
dicit. Et porta atrii interi-
oris. in uia australi. Et men-
sus est a porta. usque ad portam
in uia australi. centum cu-
bitos. Et intro duxit me in
atrium interius ad portam
australem. & mensus est por-
tam. iuxta mensuras superi-
ores. Thalamum eius. & fron-
tem eius. et uestibulum eius
eiusdem mensuris. Et fenestras
eius. & uestibulum in arcu
eius. **Q**uinquaginta cubitos
longitudinis. et latitudi-
nis uiginti quinq. cubitos.
Et uestibulum per girum.

Cuncta haec superius dicta.
atque exposita esse meministi.
Nec dum uero est dictum. quod
de eodem uestibulo subditur.
Longitudinem. uiginti quinq.
cubitorum. & latitudinem
quinq. cubitorum. & uestibu-
lum eius ad atrium exterius.
Atque iterum. hoc quod iam
superius dictum fuerat repli-
catur. cum dicitur. Et palmas
eius in fronte. Et statim quod
adhuc dictum non fuerat.
subditur. Et octo gradus erant.
quibus ascendebatur per eam.
Hoc quoque. quod de australi por-
ta scriptum est. De orientali
quoque porta in eodem ordi-
ne narratur. Nam prius
subinfertur. Et introduxit
me in atrium interius per por-
tam orientalem. & mensus
est portam. secundum men-
suras priores. thalamum eius.
& frontem eius. et uestibulum
eius. sicut supra. et fenestras
eius. & uestibula eius in ar-
cuius. longitudinem

quinquaginta cubitorum. lati-
 tudinem uiginti quinque cubi-
 torum. et uestibulum eius ide-
 atrii exterioris. et palmae
 celate in fronte eius hinc et
 inde. & in octo gradibus ascen-
 sus eius. Et quoque quae depor-
 ta australi & orientali dicta
 sunt. in eisdem uerbis etiam
 deporta quae ad aquilo-
 nem respicit. replicantur.
 Nam subditur. Et introduxit
 me ad portam quae respi-
 ciebat ad aquilonem. et
 mensus est secundum men-
 suras superiores thalamum
 eius. et frontem eius. et uesti-
 bulum eius. & fenestras eius
 percursum. longitudinem
 quinquaginta cubitorum. et lati-
 tudinem uiginti quinque cubi-
 torum. & uestibulum eius respi-
 ciebat in atrium exterius. et
 celatura palmarum in fronte il-
 lius hinc & inde. in octo gra-
 dibus ascensus eius. Quidnaque
 in interiori atrio. quid thalamo.
 quid frontibus. quid uestibu-

lo. quid fenestris. quid lon-
 gitudine & latitudine. quid
 palmarum celatura signatur.
 Lateram superius diximus.
 Nec oportet ut eisdem iterum.
 sed in his solummodo quae
 nec dum dicta sunt occupa-
 mur. Nunc ergo querendum
 nobis est. quae iste tres por-
 te interiores sint. Vel quidem
 quod earundem portarum
 uestibula. uiginti quinque
 cubitis in longitudine et
 latitudine metuantur. Vel
 cur a dea non septem sic
 de portis exterioribus dictum
 fuerat. sed octo gradibus
 ascenditur. Porta enim
 atrii interioris quae superi-
 us dicta est. De his tribus por-
 tis interioribus non est. quia
 illa contra orientis & aquilo-
 nis portam respicere dic-
 tur. Iste autem singulae in-
 ternus ad austrum uel orien-
 tem et aquilonem positae
 esse memorantur. Unde recte
 pillam. aditus interior de

signatur. Quia sicut prece-
denti locutione iam dictum
est. uel iudeae. et gentilitati.
uel inchoantibus. atq. in bo-
no opere perseuerantibus
patet. Nunc autem post
quam singule in oriente &
aquilone et austro porte
descripta sunt. cum inte-
rioris atrii rursus porte
singule in austro & orien-
te atq. aquilone. Aspiran-
te dno magna intentione
opus est. sinum tante p-
funditatis indagare. Si
enim portarum nomine.
scos pdicatores accipimus.
sciendum nobis est. quia
una est ecclesia in pre-
dicatoribus testamenti
ac noui. Porte au septem.
uel octo gradus habent.
quia sci sps septi formem
gratiam concorditer
pdicant. Octauum uero
gradum annuntiant re-
tributionis eterna. Un-
de scriptum est. Da par-

tes septem. nec non et octo.
Quid itaq. dicere possumus. nisi
antiquos patres fuisse. qui per
pcepta legis nouerant. opera
populi magis quam corda cu-
stodire. ut interiores portas
pdicatores scae ecclesiae de-
beamus accipere. qui spirita-
libus montis. discipulorum
suorum corda custodiunt.
nemalis quae non faciunt.
uel in cogitationibus dele-
ctentur. Per illas enim. septem
gradibus ascendi dicitur.
l starum uero octo graduum
ascensus ee phibetur. Quia
& in ueneratione legis dies
septimus fuit. et in nouo te-
stamento octauus dies in sa-
cramento est. Is uidelicet qui
dominicus appellatur. qui
tertius a passione. sed octa-
uus a conditione est. quia
& septimum sequitur. Si uero
ro portarum nomine. solos
intellegimus scos aposto-
los designari. quia uidelicet
primi nobis sunt scs ecclesiae

predicatores. et fidem nos. spem. atq.
caritatem summopere tenere do-
cuerunt. ipsi itaq. nobis in his vir-
tutibus portae sunt. quos per
easdem uirtutes ad interiorem intel-
lectum. aeternae sapientiae pducunt.
Sed ipsi exteriores portae sunt. quos
accipimus interiores. Si uero ipsi
interiores sunt quos intellegimus
exteriores. quae in re intellegi utili-
ter potest. quia ipsi nobis et interi-
ores simul & exteriores portae sunt.
Cum enim adhuc inchoantibus non
alta mystica. sed quaedam quae capi pua-
lent pdicant. portae exteriores sunt.
Cum uero perfectis profunda et mystica lo-
cuntur. portae interiores. Videamus
qualiter porta exterior patet. Non
potui uobis loqui quasi spiritualibus.
sed quasi carnalibus. tamquam paru-
lis in xpo. lac uobis potum dedi non
escam. Videamus qualiter porta inte-
rior patet. Sapientiam loquimur
inter perfectos. Videamus utrum
eadem ipsa sit porta interior & ex-
terior. Sapientibus et insipientibus
debitor sum. Qui rursum dicit. Siue
mente excedimus do. siue sobrii su-

mus uobis. In hoc ergo quod con-
templando & loquendo sapien-
tibus. mente excedit. porta interior
est. In hoc uero quod paruulis so-
brie in pdicatione se temperat. &
quanta ebrietate sps infundatur
in mente. cum pdicat non ostendit.
exteriorem portam se esse manifestat.
Ipsi itaq. et exteriores portae no-
bissunt & interiores. quia nos
imprimo aditu fidei spei atq. ca-
ritatis instituunt. Et cum iam
pfectis caelestis regni my-
steria pdicant. per subtiliorem
sensum nos ad interiora pducunt.
Unde & p septem gradus prius ascen-
sus earum describitur. et postmo-
dum p octo. **P**er octauum etenim
gradum illius uitae mysteria signan-
tur. quam in secretis suis perfecti in-
tellegunt. quia in cuncta tempora-
lia mente transcendere nouerunt.
Qui presentem uitam. quae septem die-
rum curriculo euoluitur. plene
despiciunt. quia de intima contem-
platione pascuntur. Habent igitur
portae. spitalis aedificii. septem gra-
dus. quia in uocem dñi. pietatem.

& scientiam . fortitudinem et con-
silium . intellectum & sapientiam .
suis auditoribus predicant . Sed
cum iam omnia dimitti percipiunt .
cum nihil in hoc mundo diligere
admonent . nihil perfectum te-
nere . cum contemplationi cae-
lestis patriae intendi . atque
in ei suadent delectari . gradum
addunt . & ad interiora eiciunt .
Iste gradus docente ueritate
cuidam ostensus est . cui cum
legis precepta dicerent respon-
dit . haec omnia custodiui
a iuuentute mea . Quasi enim
in septem gradibus stabat .
cum a iuuentute sua omnia
custodisse se diceret . Sed ei
mox dicitur . Adhuc unum
tibi deest . Si uis perfectus esse .
uade uende omnia que ha-
bes & da pauperibus . & habe-
bis thesaurum in caelo . et
ueni sequere me . In quibus
uerbis octauum equidem gra-
dum uidit . sed ascendere no-
luit . quia tristis abscessit .
Quisquis itaque contemptis re-

bus temporalibus aeternitatis
contemplatione pascitur . celestis
regni gaudia sumatur . post septem
gradus . quos timendo & operan-
do . atque intellectu sapientiae
succrescendo tenuit . octauo gra-
du interioris portae aditum
impauit . Per octauum quoque
numerum . & dies aeterni iu-
dicii . & carnis resurrectio de-
signatur . Unde et psalmus qui
proctaua scribitur . A pauore iu-
dicii est inchoatus . cum dicitur .
O ne in ira tua arguas me . neque
in furore tuo corripas me . Nunc
autem tempus est misericordiae .
in illo autem iudicio dies irae .
In quo uidelicet die . omne hoc
tempus finitur . quod septem
diebus euolutur . Et quia post
septem dies sequitur . iure octa-
uus appellatur . In quo et caro
nostra resurget expulvere . et
siue bona . siue mala quae egerit
recipiet a ueritate . Unde per
legem quoque octauo die fieri
circumcisio iubetur . Nam per
membrum quod circumciditur . . .

mortalis ppagatio generatur. de-
 dentium et succedentium numerus
 augetur. Sed quia in resurrectione
 mortuorum. nec carnis iam ppagatio
 agitur. et discessio atq. successio nul-
 la erit. quia neq. nubent. neq. nubentur.
 sederunt sicut angeli dñi in cae-
 lo. octaua die p̄cipitur p̄putium
 incidi. Ibi enim locum iam carnis
 ppagatio non habet. ubi resurgens
 caro. pseuerantiam aeternitatis
 habet. Per hoc membrum mater
 uirgo descendit. quæ dñi in utero
 sine uirilis carnis admixtione con-
 cepit. Qui prius nobis aeternae pa-
 tris gloriæ. in sua resurrectione
 monstrauit. qui surgens a mortuis
 iam non moritur. et mors ei ultra
 non dominabitur. Nobisq. exemplum
 dedit. ut ex fieri in die ultimo de
 nra carne credamus. quæ facta de
 carne illius in die resurrectionis
 agnouimus. Sed quia sermo nobis
 de carnis resurrectione se intulit.
 triste nimis. & ualde lugubre est.
 quod quosdam in ecclesia stare. et
 de carnis resurrectione dubitare
 cognoscimus. Hanc autem antiqui

patres. uenturam eē certissime
 crediderunt. etiam cum nullum
 adhuc eius resurrectionis exem-
 plum tenerent. Quia igitur dam-
 natione digni sunt. qui et ex-
 emplum iam dominicæ resur-
 rectionis acceperunt. et tamen
 adhuc de resurrectione diffi-
 dunt. Pignus tenent. et fidem
 non habent. ecclesiam replent.
 sed quia de resurrectione sua
 dubitant. mente uacua stant.
 De hac p̄beatum iob dicitur.
 Scio quod redemptor meus ui-
 uit. et in nouissimo de terra
 surrecturus sum. et rursum cir-
 cumdabor pelle mea. et in car-
 ne mea uidebo dñm. quem ui-
 surus sum ego ipse. & oculi mei
 conspecturi sunt et non alius.
 Hinc p̄ psalmistam dicitur. In
 conspectu eius p̄cedunt uni-
 uersi qui descendunt in terra.
 In terram enim mortui non sp̄u.
 sed corpore descendunt. quia re-
 surgendo ad iudicium ueniunt.
 qui nunc in puluere putrescunt.
 Hinc iterum dicit. Sitiuit in te ani-

ma mea quam multipliciter et ca-
ro. Sicut anima ut dicitur uidetur.
Caro quid sit. nisi ut resurgat.
Hinc rursus ait. Aufer spiritum eorum
& deficient. et in puluerem suum
revertentur. Moxque de carnis
resurrectione subiungit. Emitte
spiritum tuum et creabuntur. et reno-
uabis faciem terrae. hinc iterum
dicit. Exurge domine in requiem
tuam. tueta sacrificacionis tuae.
Exurrexit enim dominus in requiem
suam. cum carnem suam de sepul-
chro suscitauit. Post hunc quoque
exurret arca. quia resurget eccle-
sia. hinc per eundem prophetam de
quo loquimur scriptum est. Ossa da-
da. Audite uerbum domini. haec dicit
dominus ossibus his. Ecce ego immit-
tam in uobis spiritum et uiuetis. Et da-
bo super uos neruos. & succrescere
faciam super uos carnes. & super
extendam in uos cutem. et dabo
uobis spiritum et uiuetis. hinc est quod
propheta alius de resurrectione
domini humanum genus uidit in
fine suscitari. atque ait. Uiuifica-
bit nos post duos dies. in die ter-

tia suscitabit nos. et uiuemus in
conspetu eius. hinc est quodam
de semetipso dominus loqueretur. ad iun-
xit. Nolite mirari hoc. quia uenit
hora. in qua omnes qui in monu-
mentis sunt. audient uocem eius.
et procedent. qui bona egerunt. in
resurrectionem uitae. qui uero
mala egerunt. in resurrectione
iudicii. hinc paulus ait. Unde
etiam saluatorem expectamus
dominum nostrum iesum christum. qui refor-
mauit corpus humilitatis nostrae.
configuratum corpori claritatis
suae. hinc iterum dicit. Si enim
credimus quod ihesus mortuus est
et resurrexit. ita et de eos qui dor-
mierunt per iesum adducet cum
eo. Qui rursus ait. Primitiae dor-
mientium christe. Si enim nos a mor-
tis somno non resurgimus. quo-
modo resurrectionem domini
cum primitias habemus. Ecce
ueteres ac noui patres. uno sibi
spiritu de carnis resurrectione con-
cordant. Ecce ipsa perseueritas
prius uoce docuit. quod de resur-
rectione carnis postmodum

opere demonstravit. Et tamen adhuc
 quorundam infirmitas fidem non
 habet. et in domo fidei stans. Sed
 mirari solent. qualiter caro reu-
 uiscere possit expulvere. Miran-
 tur igitur amplitudinem caeli.
 molem terrae. abyssus aquarum.
 Omnia quae in mundo sunt. ipsos
 quoque angelos creatos ex nihilo.
 Minus est ualde aliquid ex aliquo
 facere. quam omnia ex nihilo
 fecisse. Ipsa nobis elementa. ipse
 rerum species resurrectionis ima-
 ginem praedicant. Sol enim coti-
 die oculis nostris moritur. cotidie
 resurgit. Stellae in tutinis ho-
 ris nobis occidunt. uespere re-
 surgunt. Arbusta aestiuis tem-
 poribus plena foliis. floribus ac
 fructibus. et postea quasi arida
 remanent. Sed uernali sole re-
 deunte cum a radice humor ex-
 resurrexerit. suo iterum decore
 uestiuntur. Cur ergo de homini-
 bus diffiditur. quod fieri in lignis
 uidetur. sed sepe puluerem pu-
 rescentis carnis aspiciunt. et dicunt.
 Unde ossa et medulla. unde caro

et capilli poterunt in resurrecti-
 one reparari. haec itaque requi-
 rantur. Parua semina ingen-
 tium arborum uideant. atque
 si possunt dicant. ubi in eis latet
 tanta moles roboris. tanta di-
 uersitas ramorum. tanta mul-
 tudo et uiriditas foliorum.
 tanta species florum. tanta uber-
 tas. sapor atque odor fructuum.
 Numquid nam semina arborum
 odorem uel saporem habent.
 quem ipse post arbores in suis
 fructibus profert. Si ergo ex
 semine arboris. quod uideri non
 potest. produci potest. cur de pul-
 uere carnis humanae diffiditur.
 quia ex eo reparari forma uale-
 at. quae non uidetur. Sepe autem
 obicere in animam questionem
 solent quae dicunt. Carnem ho-
 minis lupus comedit. lupum leo
 deuorauit. leo moriens ad pul-
 uerem redit. Cum puluis ille
 suscitatus. quomodo caro ho-
 minis a lupi & leonis carne di-
 uidetur. quibus quid respon-
 dere aliud debemus. nisi ut prius

cogitent. qualiter in hunc mundum
uenerint. et tunc inueniunt.
qualiter resurgant. Certe tu ho-
mo qui haec loqueris. aliquan-
do in matris utero spuma cum
sanguine fuisti. Ibi quippe et
patris semine. et matris sanguine.
paruus ac liquidus globus eras.
Dic rogo si nosti. qualiter ille hu-
mor seminis. in ossibus duruit.
qualiter in medullis liquidus
remanet. qualiter in neruis
solidatus est. qualiter in car-
nibus creuit. qualiter in cute
extensus est. qualiter in capil-
lis atq. unguibus distinctus.
Ita ut capilli molliores carnibus.
et ungues eent teneriores ossi-
bus. carnibus duriores. Si igitur
tot et tanta ex uno semine.
& p. speciem distincta sunt. et
tamen in forma remanent con-
iuncta. quid mirum si possit
omnipotens d. s. in illa resur-
rectione mortuorum. carnes
hominis distinguere a carni-
bus bestiarum. ut unus idemq.
puluis. et non resurgat. in quan-

tum puluis lupi & leonis est. et
tamen in quantum puluis est
hominis. ^{resurgat.} Uide itaq. homo qualiter
ad uitam uenisti. et nequaquam
dubites ad uitam qualiter redeas.
Cur autem ratione uis comp. hen-
dere quomodo redeas. qui igno-
ras quomodo uenisti. O apo-
tentiae creatoris tui. quod com-
prehendere non uales de te metipso.
Certe enim quia tu ex terra factus
es. terra uero ex nihilo. tu es cre-
atus ex nihilo. Ne ergo de car-
nis tuae resurrectione desperes.
Perpende prudenter quia minus
est d. o. reparare quod erat. qua
fecisse non erat. Sed non potes
resurrectionis affectum ratione
comprehendere. perpende quam
multa sunt. quae non intellegis
qualiter sint. et tamen ee non
dubitas. Dic rogo si nosti g. rum
caeli. terrae cardines. aquarum
abyssus. ubi finiuntur. ubi suspen-
si sunt. Scimus autem. quia qd
ex nihilo factum est. pendet
ex nihilo. Sed si est aliquid qd
dicitur nihilum. iam nihilum

non est. Si autem nihil est. nihil omni-
 nus quam mundi moles dumpen-
 det. nec eē ubi sit. quod creatum
 est ut sit. Quomodo ergo nusquam
 est quod nouimus quia est. Sed
 haec fortasse ad te multa sunt.
 Ad te metipsum homo reuertere.
 Certe ex spū es creatus et limo. uno
 inuisibili. altero uisibili. Uno sen-
 sibili. altero insensibili. Quomodo
 ergo p̄missa in te potuit sp̄s et li-
 mus. atq. ex diuerso fieri. res non
 diuersa. ita ut in tanta conuenientia.
 misceretur sp̄s et limus. Ut cum caro
 atteritur. sp̄s marceat. Et cum sp̄s
 affligitur. caro contabescat. Sed
 forsitan nec dum puales discutere te
 metipsum. Perpende ergo si uales
 quomodo rubrum mare uirga di-
 uisum est. quomodo petre duricia
 percussione uirge undas emanauit.
 quomodo aaron uirga sicca flo-
 ruit. quomodo ex eius genere ue-
 niens uirgo concepit. quomodo
 et in partu uirgo permansit. quo-
 modo quadriduanus mortuus suis
 su suscitatus. ligatis manibus et pe-
 dibus de sepulchro exiit. quem

postmodum solui dñs p̄ discipu-
 los iussit. Quomodo isdem re-
 demptor n̄r in uera carne atq.
 ossibus resurgens. clausis ostiis
 ad discipulos intrauit. Ecce
 ego inuestigare non uales. et
 tamen credis. Cur ergo de resur-
 rectionis gloria disputando.
 et discutendo dubitas. quia tam
 multa mysteria sine discussi-
 one credidisti. Quia tamen
 si resurrectionem carnis non
 credis. omnia sine causa cre-
 didisti. Quia in hoc ange-
 lorum spectaculo uideris.
 quidem uelociter currere. sed
 postquam cursum peregeris.
 nebrauium accipias auersaris.
 Unde per paulum dicitur. Sic
 currite. ut comprehendatis. Rur-
 sus ait. Si in hac uita in xp̄o tan-
 tum sperantes sumus. misera-
 biliores sumus omnibus homi-
 nibus. Diuinae autem uirtutis
 mysteria quae comprehendere non
 possunt. non intellectu discuti-
 enda sunt. sed fide ueneranda.
 Sciendum itaq. nobis est. quia

quaequid ratione hominis comp
hendi potest. mirum eē iam non
potest. sed sola est in miraculis
ratio. potentia facientis. Et ce
dunt resurrectione carnis loqui
mur. ab expositionis ordine pau
lolum digressi sumus. Ad ea er
go quae coepimus redeamus.
h abent autem interiores portae
uestibula. quae uiginti et quinque
cubitis in longitudine meti
untur. Si enim octo ter du
cimur. ad uiginti et quatuor
peruenimus. Cui unus addi
tur. ut uiginti et quinque tene
amus. Auditores etenim boni.
qui quasi quaedam uestibula
sunt portarum. aeternae spei
longanimitatem tenent. octa
uum diem in trinitatis fide su
stinent. quae trinitas quia unus
dī est. octo quidem per ter
ducunt. Sed in unius dī confes
sione solidantur. plana sunt
uestibula. quia humilia sunt.
corda auditorum bonorum
h abent longitudinem. quia
in spei perseuerant longanimi

tate. Uiginti et quinque cubitis ex
rum longitudo mensuratur. quia
resurrectionem carnis in octaua
per trinitatem credunt. & ean
dem scām trinitatem unum eē
faterentur. habent quoque cubitos
in latitudine. quia per uita sim
plicem. quae quinque sensibus du
citur. circa amorem proximi dila
tantur. Et notandum quia post
quam portarum uestibula supe
rius alia dicta sunt. postmodum
uestibulum quod quinque cubitis
habet latitudinem. exterius re
spicere dicitur. Quia nimirum sunt
auditores aliqui. qui intellectu
interioris uitae magnis uirtuti
bus proficundo penetrant. Et sunt
quidam simplices. qui bene qui
dem sed iuxta sensus corpore
os uiuunt. Unde exterius respi
cere dicuntur. Quia si enim extra
respicunt. qui iuxta sensus cor
poreos uiuunt. Sed tamen exteri
us respicientes intus sunt. quia
et sensus corporeos intellegendō
transcendere nesciunt. fidem
tamen. atque caritatem humiliter

tenent. Et tunc ergo sunt in spiritali aedificio per amorem. et quasi foris respiciunt per simplicitatem. Potest per vestibulum quod exterius respicit. fides inchoantium designari. Et per vestibulum quod est interius. fides perfectorum. qui iam per eam in uirtutibus emicant. Possunt etiam per vestibulum interius precepta altiora. per vestibulum uero quod respicit exterius. precepta adhuc minima figurari. Per vestibulum quippe itur ad gradus et portam. quia per precepta predicationis pertingitur ad uirtutes. atque aditum gratiae caelestis. Cum uero iubetur alius in cogitatione sua aeterna meditari. caelestia sapere eisque dicitur. in psalmis ymnis et canticis spiritalibus uiuere. quasi interius uestibulum ostenditur. quod in quinquaaginta cubitis longitudine. et uiginti quinque latitudine mensuratur. De quibus numeris nunc tacemus. quia ex his multa iam superius diximus. Cum uero alius precepitur. uxori uir debitum reddat. Similiter autem

& uxor uiro. quasi uestibulum quod exterius respicit designatur. Quod quamuis extra respiciat. et tamen intus est. quia rudis auditor et adhuc agit quod carnis est. et tamen ab honorum numero alienus non est. Potest autem et per orientis portam dominus. & per australem iudea. per aquilonis uero conuersa gentilitas designari. Sed in hac re questio animum pulsatur. cur in superiori narratione prophetae. prius orientalis. postmodum aquilonis. Ac deinde austris porta descripta est. cumque easdem portas in interiori atrio narraret. prius portam austris. Deinde orientis. & tertio in loco descripsit aquilonis. Cur autem non eundem ordinem quam coeperat tenuit. sed hunc in portarum descriptione permutauit. ut et prius diceret orientis portam. aquilonis & austris. & postmodum austris orientis & aquilonis. Sed si aquilonis nomine gentilitas designatur. cunctis studioso le-

gentibus licet. quia ante syna-
gogam gentilitas fuit. Nam heber
ipse. a quo hebrei appellati sunt.
ex gentibus electus est. Dicitur
ergo porta orientalis. ante por-
tam aquilonis & austru. quia in
diuinitate sua dñs. ante genti-
litate[m] et iudeam natus est. quia
& ante omnia saecula. Dicitur
uero narratione subsequenti
porta austru orientis & aquilo-
nis. quia redemptor nr̄ in hu-
mana natura. inter iudeam et
gentilitate[m] nasci dignatus est.
Quia & in fide synagogae uenit.
& ante initium ecclesiae quam
ex gentibus collegit. In prima
ergo descriptione sit orienta-
lis porta. ante portam aquilo-
nis & austru. In secunda autem.
inter portam austru et aquilo-
nis. orientis porta nominetur.
Quia et ex diuinitate ante cessit
omnia. & ex humanitate uenit
inter omnia. Qui & decedens
iudaeae finis factus est. & subse-
quentis gentilitatis initium.
Igitur quia ea quae nec dum dicta

fuerant. ut dño largiente potuimus
rumati sumus. et ea quae sepius sunt
replicata transcurramus. nunc ad ea
ueniamus. quae sic iam per ordi-
nem dicuntur. ut in eis pene nihil
de his. quae dicta sunt replicetur.
Et per singula galosilatia. ostium
in frontibus portarum. Galosila-
tia superius diximus. corda docto-
rum. quae scientiae diuitias ser-
uant. Frontes autem portarum.
sunt uerba atq; opera predica-
torum. in quibus eos foris agno-
scimus. quales apud se intrinse-
cus uerant. Est autem ostium
per galosilatia singula in fronti-
bus portarum. quia unus quisq;
doctor in corde auditoris. intel-
lectum aperit in dictis & operi-
bus patrum. Cum enim petri
apli p̄dicationem discimus.
cum pauli uerba perscrutamur.
cum iohannis euangelium in-
uestigamus. atq; ex eorum uer-
bis auditores nros ad internam
intellectum trahimus. quid aliud
agimus. nisi ostium portarum
frontibus aperimus. Dicitur ergo

& per singula gachofilata ostium
 in frontibus portarum. Quia si
 doctor hoc quod loquitur apo-
 stolorum dictis minime confirmat.
 in frontibus portarum ostium non ha-
 bet. Et si ostium non habet diciam
 gachofilatum spiritalis aedificii non
 potest. Quia intellectum non aperit.
 doctor non est. Cum uero auditores
 boni per ora docentium. apostolorum
 dicta et opera cognoscunt. culpas
 suas apud semetipsos tacite rephen-
 dunt. et lacrimis insecuntur. omne
 quod se egisse iniquum meminerunt.
 Unde hic quoque de ostio quod est in
 frontibus portarum subditur. Ibi
 lauabant holocaustum. qui enim
 semper fidem in conuersatione scilicet
 domino deuouerunt. holocaustum domino
 facti sunt. Sed quia adhuc multa
 in se de corruptibili sua carne pati-
 untur. quia adhuc in eis cordis mun-
 ditia sordidis cogitationibus inqu-
 natur. cotidie in lacrimas redeunt.
 assidue fletibus affliguntur. Scilicet
 & enim patrum dicta et facta con-
 siderant. et cum se indignos pensant.
 in portarum ostio holocaustu lauant.

Et ecce enim qui se primo omnipo-
 tentis domini esse patientis deuouit. nul-
 li conuitium pro conuitio reddere.
 omnia equanimiter tolerare. et
 tamen cum hunc contumelia ab
 ore proximi inlata subito percussit.
 turbatus forte aliquid loquitur.
 quod loqui non debuit. Certe
 iste iam holocaustum est. sed ad
 huc inquinatum. Fortasse con-
 tra inlatas contumelias patienti-
 am exhibuit. tactus permansit.
 sed tamen contra easdem conti-
 melias quas portat dolore tangi-
 tur. eiusque animus in caritate sau-
 tiatur. Patientia enim uera est.
 quae et ipsum amat quem portat.
 Nam tolerare & odisse non est uir-
 tus mansuetudinis. sed uelamen-
 tum furoris. hic itaque sepe in co-
 gitatione sua se iudicat. rephen-
 dit semetipsum. quia dolet. nec
 tamen apud se potest obtinere
 ne doleat. Iam ergo per bonam
 deuotionem holocaustum est.
 sed tamen per dolorem quod tan-
 gitur. adhuc inquinatum. Alius
 ea quae possidet apud semetipsum

decreuit indigentibus cuncta tri-
bui. nihil sibi met reseruare uitā
suam soli supernae gubernationi
committere. Sed dum p̄bet pau-
peribus quae habet. fortasse
cogitatio mentis surripit. q̄ dicit.
Unde uiuis si cuncta dederis. nec
tamen desistit tribuere. Sed quod
letus dare coeperat. postmodum
tristis p̄bet. Quid huius mens. ni-
si misericordiae holocaustum est.
sed tamen per tristitiam cogitati-
onis inquinatum. Nunc enim de-
liberare summa non debuit. aut
post deliberationem nullomodo
dubitare. Nunc contemptum mun-
di. superbiam honores atq. digni-
tates huius seculi decreuit uitare.
ultimum appetit inter homines
locum tenere. Ut uita excelsior
inueniatur in permanenti gloria
quanto humilior aspiciatur in tran-
seunte uita. Is fortasse secum subi-
to sese a proximo despicit cognoscit.
dedignatur cur despicatur.
Vult quidem eē in loco humili.
sed tamen attendi contempti-
bilis non uult. hunc iam deuo-

tio eleuat. sed adhuc infirmitas
grauat. lam et per deuotionem
holocaustum est. sed adhuc exan-
firmitate inquinatum. hinc itaq.
qui uis quae optime deuouerunt.
aliqua infirmitatis suae culpam tan-
guntur. cum per uerba doctorum
dicta patrum intellegunt. et in
quanta culpa iaceant agnoscunt.
seque ipsos penitentiae lamentis
afficiunt. holocaustum in ostio
portatum lauant. Sciendum uero
est. quia hoc inter sacrificium.
atq. holocaustum distat. quod omne
holocaustum sacrificium est. sed
omne sacrificium holocaustum
non est. In sacrificio etenim pars
pecudis. in holocausto uero totum
pecus offertur. Unde et holocau-
stum. latina lingua. totum in-
censum dicitur. Pensenus ergo
quid sacrificium. quid holocau-
stum. Cum enim quis suum aliquid
deuouet. et aliquid non uouet.
sacrificium est. Cum uero omne
quod habet. omne quod uiuit.
omne quod sapit. omnipotenti
deuouerit. holocaustum est.

Nam sunt quidam qui adhuc mente
 in hoc mundo retinentur. sed ta-
 men ex possessis rebus subsidia ae-
 gentibus ministrant. oppressos
 defendere festinant. Isti in bonis
 quae faciunt. sacrificium offerunt
 quia & aliquid sibi metipsis re-
 seruant. Et sunt quidam qui nihil
 sibi metipsis seruant. sed sensum.
 linguam. uitam. atq. substantiam
 quam perceperint. omnipotenti
 deo immolant. Quid isti nisi holo-
 caustum offerunt. immo magis
 holocaustum fiunt. Israheliticus
 enim populus. primum sacri-
 ficiu in aegypto obtulit. secundu
 uero in heremo. Quiaq. adhuc men-
 tem habet in seculo. sed boni iam ali-
 quid operatur. deo sacrificium p-
 tulit in aegypto. Qui uero presens se-
 culum deserit. & agit bona quae
 ualeat. quasi iam aegypto derelicta.
 sacrificium p-beret in heremo. quia
 repulso strepitu desideriorum car-
 naliu. in mentis suae quiete atq.
 solitudine deo immolat. quicquid
 operatur. Quamuis ergo sicut dictu
 est. sacrificium sit etiam holocau-

stum. maius tamen est holo-
 caustum sacrificio. quia a mente que
 huius mundi dilectionem non
 premitur. totum in omnipoten-
 tis dei sacrificio incenditur quod
 habetur. Sed sciendum nobis est.
 quia sunt quidam. qui etiam se-
 culum relinquentes. totu quidem
 quod habent offerunt. sed ta-
 men in bonis quae agunt minime
 compunguntur. Et bonu quod
 agunt holocaustum est. Sed quia
 affligere ac semetipsos diuicia-
 re nesciunt. seque ex amore ad
 lacrimas non accendunt. per-
 fectum eorum holocaustu non
 est. hinc enim per psalmistam
 dicitur. Memor sit omnis sacri-
 ficiu tuu. & holocaustum tuum
 pingue fiat. holocaustum quip-
 pe siccum est. bonum opus qd
 orationis lacrimae non in fun-
 dunt. Holocaustum uero pingue
 est. quando hoc quod bene
 agitur corde humili etiam per
 lacrimas irrigatur. Unde rur-
 sum dicitur. holocausta medul-
 lata offeram tibi. Quisquis enim

bonum opus agit. sed omnipoten-
tis dei amore. atque desideria fle-
re nescit. holocaustum habet. sed
medullam in holocausto non habet.
Qui uero bona operatur. & uisioni
iam creatoris sui inhæret. atque ad
aeternae contemplationis gau-
dia peruenire festinat. sequi ipsu
ex amore quo accenditur in
fletibus mactat. holocausta deo
medullata dedit. Studendum
ergo nobis est. & mala funditus
relinquere. & bona quae suffi-
mus operari. atque ut in ipsis bo-
nis quae agimus. amore aeterni
luminis compungamur. Ipse
enim cordis tenebras discit
amor lucis. ut subtilius uideri ua-
leamus. ne quando bonis quae
agimus. praua misceantur.
Considerandum quippe nobis
est. opus nostrum quale sit. quae co-
gitatio in opere. Quae intentio
in cogitatione. Et cum nostro bo-
no operi admixtum aliquid ma-
litiae. uel prauae delectationis
agnosamus. redeamus ad lacry-
mas lauemus holocaustum.

Sunt quidam qui semetipsos in
magnis actionibus deo deuoue-
runt. atque ad tantam perfectio-
nem perueniunt. ut ab eis nulla
umquam difficultate flectan-
tur. quatenus in deliberatione
castitatis. nequaquam caro in
prauae cogitationis delectatione
animum sternat. Nam & si quan-
doque per suggestionem pulsat.
suggerere non permittitur. quia
uigore iudicii calcatur. In de-
liberatione quoque patientiae.
nec sermo inordinatus ab ore
prodeat. nec dolor tacitus animu
premat. ut in largitate elemosinae.
nulla inopiae suspitio tristitia
generet. ut in deliberatione hu-
militatis. nullus despectus animu
mordet. sed cum iam in his quae
recte deuouerunt. sese fortiter ex-
hibent. priora tamen peccata quae
ab ipsis ante bonam deliberatio-
nem perpetrata sunt. ad memo-
riam deducunt. & plangunt quae
quid in licite se egisse memine-
runt. hi itaque pernitentiam quam
tenent. holocaustum sunt. sed

peritiam quam ante tenuerunt
inquinatum. Lauant ergo holo
caustum in ostio portarum. quia
per intellectum quem percipiunt
dedicis patrum. lamentasse cot
tidianis afficiunt. Et mundant
uitam lacrimis. quam prauis ali
quando actibus inquinauerunt.
Nos itaq. inter haec ad uitam prete
ritam. mentis oculos reducimus.
Reminiscamur quid simus. cum
mundi huius concupiscentias
sequeremur. Et si iam dno toto
corde deseruimus. quia nos pec
casse meminimus. defleamus.
in fletibus lauemus holocaustum.
Ecce omnipotenti dno deuoui
mus. castitatem nr̄am. sed si ad
huc immunda cogitatio mentem
inquinat. redeamus ad lacrimas.
lauemus holocaustum. Ecce pa
tientiam nos seruare decreuimus.
Si adhuc ira perturbat. si mente
tactus dolor excruciat. redea
mus ad lacrimas. lauemus holo
caustum. Ecce iam uouimus pos
sessa tribuere. atq. in hoc mundo
humilem locum tenere. de quo

191
adhuc animum in opie suspi
cio deprimat. si despectus pxi
mi in aliqua nos indignatione
confundit. redeamus ad lacri
mas. lauemus holocaustum.
Magnus est & enim creatori nro
ad recipiendos fletus humili
um. misericordiae sinus. Ubi
enim innumerabilium homi
num fletus suscepti sunt.
ibi locum suum inuenturae
sunt & lacrimae nrae. Pense
mus quid per alium ppheta
dicitur. Erit qui offende
rit ex eis in die illa. quasi dauid.
& domus dauid quasi di. sicut
angelus dñi in conspectu eius.
Haec dies misericordiae est. que
nobis de aduentu redemptoris
nr̄i pmissa est. Qui itaq. offen
dent. erit quasi dauid. quia
peccator ad penitentiam re
dit. Domus autem dauid. quia
reuersus quisq. ad iusticiam.
habitatio efficitur creatoris
sui. ut sit sicut angelus in con
spectu eius. quia misericordiae
uiscera. que in se expertus est.

annuntiendo & alius p[ro]ph[et]at
Hinc etiam paulo post illic dicitur
Indie illa erit fons patens domus
dauid habitantibus ieru[s]alem
in abolitionem peccatoris et men-
struatae. Fons quippe occultus
unigenitus patris inuisibilis d[omi]ni.
Fons uero patens est. isdem d[omi]n[us]
carnatus. qui fons patens recte
domus dauid dicitur. quia ex
dauid genere. n[ost]r[us] ad nos redemptor
p[ro]cessit. ierusalem uero iusto
p[ro]p[ri]etate interpretatur. hi autem
ierusalem habitant. qui in ui-
sione pacis intimae mentem
figunt. Peccator uero & men-
struata est. uel is qui delinquit
in opere. uel mens quae labitur
in praua cogitatione. Menstru-
atae namq[ue] ista pollutio est. quae
& aliena carne non tangitur.
et sua carne inquinatur. Sic
itaq[ue] sic est omnis anima. quae
& si malum opus non agit. pol-
luta tamen cogitatione sordescit.
Unde etiam per p[ro]ph[et]etam alium. sub
inde specie. de anima immundis
desideris occupata dicitur.

Omnes qui querunt eam non de-
ficient. in mensuris eius inueni-
ent eam. Maligni quippe sp[irit]us
querentes non deficiunt. cum in-
ferre perditionem cupiunt. et
nulla bonae cogitationis recti-
tudine repelluntur. Atq[ue] in men-
suris suis animam inueniunt.
quando in pollutis cogitatio-
nibus positam. facile ad p[ro]uersa
operationem trahunt. Dicatur
ergo. Indie illa erit fons patens
domus dauid habitantibus ieru-
salem in abolitione peccatoris
& menstruatae. Quia a p[ro]uersa
nobis est fons misericordiae
redemptor n[ost]r[us]. qui in domo da-
uid in carnari dignatus est. ut
peccatorem lauet a p[ro]uerso
opere. & menstruatam mentem
diluat ab immunda cogitatio-
ne. Patet igitur fons. curramus
cum lacrimis. lauemus hoc fonte
pietatis. In hoc fonte ipse quoq[ue]
dauid lotus est. cum rediit ad
lamenta penitentiae. post
maculas grauis culpa. Ipsum
quippe inuenire fontem quae

rebat cum diceret. Redde mihi laetitia salutari tui. & spū principali confirma me. In hoc enim hebraice saluator dicitur. Et quid est quod sibi laetitiam inimicis reddi postulabant. nisi quod hunc ante culpam contemplari consueuerat. eiusque contemplationis gaudia in culpa perdidit. Unde recte post poenitentiam uisionis eius laetitiam sibi reddi requirebat. In hoc fonte misericordiae lota est maria magdalene. quae prius famosa peccatrix. postmodum lauit maculas lacrimis. deterisit maculas corrigendo mores. In hoc fonte misericordiae. coram omnibus apostolis lauit petrus quod negauerat. quia fleuit amare. In hoc fonte misericordiae. in fine suo lotus est latro. qui semetipsum in morte repens. a culpa sua ablutus est confessione ueritatis. Cur igitur pigri sumus. cur torpentes & frigidi remanemus. qui in hoc fonte pietatis. tantotiam se lauasse cognouimus. Ergone demundatione nostra desperabimus. qui tot exempla misericordiae impignore tenemus. Et cessamus ue-

niam querere. atque cum lacrimis fiduciam habere. qui tantorum iam emundationem spe inrae pignus accepimus. Querere etenim misericordiae fontem debuimus. etiam si clausus esset. Patet et neglegimus. Mittamus oculos fidei in mundum uniuersum. consideremus quanti peccatores diebus ac noctibus per lamenta in hoc fonte misericordiae lauantur. quanti post tenebras ad lucem. quanti post maculas ad munditiam redeunt. Curramus cum talibus post mortis tenebras ad aquam uitae. Consideremus quantum peccauimus quantum cotidie peccamus. atque ut appareamus mundi post culpas lauemus hoc locustum.

INCIPIT OMELIA

NONA

QUIDSVMVS DIMITTI
 cis sensibus ezechielis ppbe
 ae locum. qui ipsa eius
 hostoniae uerba uix
 capimus. Ecce enim